

ALBERTVS DVRERVS PICTOR NORINBERGICVS.



Albertus Norinbergæ natus est 20. Maij Anno 1471. Is quum fœlici ingenio insignis esset, à pueris Mathematico studio, atq; pulcherrimæ arti pingendi operam dedit. In ea quoq; adeò profecit, ut omnia ita deliniaret & uiuis coloribus exprimeret, ut suo tēpore ea in arte nulli secūdus esse uidetur. vt etiam eā artē posteritati certius proponeret, scripsit Geometricarum institutionum lingua Germanica libros quatuor, pictoribus, fabris ærarijs & lignarijs, lapicidis, statuarij & uniuersis, qui círcino, gnomone, libella aut alioqui certa mensura opera sua examinat necessarijs, quos deinde doctus aliquis, ob magnam utilitatem latinitate donauit.

Præterea de Symetria atq; proportione corporis humani, de urbibus, arcibus, castellisq; condendis & muniendis. Hoc modo factum ut Albertus celeberrimam multis artificij urbem sua industria multò celebriorem reddiderit, atq; tandem fato functus honestè sepultus fuerit. Con. Ges.